Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



oia nouissima et antiqua. tu formasti
me et posuisti super me manu tuam.
Mirabilis facta est scientia tua ex me:
confortata est et non potera ad eam. Quo
ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugi
am. Si ascendero in celum tu illic es: si
descendero ad infernum ades. Si sumpsero
pennas meas diluculo: et habitauero in
extremis maris. Etenim illuc manus
tua deducet me: et tenebit me dextera tua
Et dixi forsitan tenebre conculcabunt me.
et nox illuminacio mea in deliciis meis.
Quia tenebre non obscurabunt a te et
nox sicut dies illuminabit: sicut tenebre eius
ita et lumen eius. Quia tu possedisti re
nes meos: suscepisti me de vtero matris
mee. Confitebor tibi quia terribiliter
magnificatus es. mirabilia opera tua
et anima mea cognoscet nimis. Non e
occultatum os meum a te qd fecisti in occulto
et substancia mea in inferioribus terre.
Imperfectum meum viderunt oculi tui
et in libro tuo omnes scribentur. dies forma
buntur et nemo in eis. Mihi autem nimis